

Decretum quod Consules Cracoviensium sive eorum  
nuncii possunt Consilio Regie cunctis, quibus  
nuncii Ferrar' adierunt, etiam cum illis interesse.

In nomine Domini amen. Ad perpetu- 31  
am rei memoriam omnium rerum, que sempiter-  
ne sunt futura, nulla certior firmitudo excogita-  
ri potest: quam ea, que sit literarum momentis  
prodita memoria posteritis. Cetera enim facta  
humana quantumcumque memorabilia aliis modis  
que literis aternitati consecrata, aliquot quidem  
decursu seculorum durare potest. Que vero lite-  
rarum officio memorie mandantur, nunquam inte-  
reunt, ipsarumque vetustate sunt angustiora. Proinde  
Nos Sigismundus D. G. Rex Pol. et D. nec non  
Ferrar' Cracovie, Sandomirio & Dominy et he-  
res significamus tenore presentium, quibus ex-  
pedit universis et singulis presentibus et futu-  
ris hac notitiam habituris, quia cum in pre-  
senti conventu Gnali Cracoviensium nuncii Ferrar'  
Dni nostri id a nobis repeterent, ut Consules  
Cracoviensium seu nuncios ipsorum consilio nostro una  
cum illis interesse non prohiberemus. Nos una cum  
consiliariis nostris Spiritualibus et Saecularibus  
memoria repentes, Civitatem Cracoviensem, ut Dni  
nostri precipuam, ita nobilitati et militia ter-  
restri esse incorporatam et unitam, que ultra  
alias prerogativas illi concessas, etiam Consules

Jlius

15  
Illius ad generales et particulares R<sup>ei</sup> nostri con-  
ventus per literas nostras et predecessorum no-  
strarum semper vocari consiliisque nostris simul  
cum aliis Ferrar<sup>is</sup> nunciis interesse et pro bono  
Reipub<sup>l</sup>: consulere fuerunt soliti. nolentesque  
illos et presentium sine ipsis illo demerito hanc  
prærogativam et facultatem privare, uti eos, qui præ-  
ceteris sua constanti ac sincera fide et multis  
obsequiis placere nobis, et predecessoribus nostris  
semper studerunt, et indies magis de nobis et  
Reipub<sup>l</sup>: R<sup>ei</sup> nostri benemereri non cessant, quin  
potius cupientes illos non modo circa illorum  
iura, libertates et consuetudines vetustas conservare,  
et testimonio singularis erga illos gratia no-  
stra apud posteros relinquere decrevimus. de con-  
silio eorundem Consilior<sup>um</sup> nostrorum status ulterius  
et presentibus decrevimus, eorundem ipsos consules  
Cracoviens<sup>es</sup> modernos et omnes posteros, seu eorum nun-  
cios debere et posse omnibus consiliis nostris, qui-  
bus alii nuncii Ferrar<sup>is</sup> aderunt, nec non et consulta-  
tionibus eor<sup>um</sup> generalibus et particularibus ubilibet interesse,  
et cum illis pro commodo et bono Reipub<sup>l</sup>: more so-  
lito consultare, harum testimonio Literar<sup>um</sup>, quibus sigillum  
nostrum est appositum. Dato in Conventu Cracoviens<sup>is</sup> ge-  
nerali Sabbatho proximo ante Dominicam Reminiscere  
Anno D<sup>omi</sup>ni 1518. Regni nostri a<sup>n</sup>o XII.